

Etare inciperent, sic respondi: *Quanquam hac utilia sunt, nec raderet sapientia ipsa fari; tamen iste, quae jam audiui, omissis, queso, ut quid eobis post dissolutionem corporis evenerit, meo hianti detegatis animo.* Ad hoc ille, qui mihi, quæ auditi, transacto narraverat die: *Quod, Cyrille, inquit, interrogas, non est possibile plenè fari: quoniam spiritualia nostris minimè sensibus comprehenduntur. Scis namque, non te exanimem fore; tamen quid aut qualis sit anima, non cognoscis.* DEUM certè scis omnium esse principium & finem, à quo incipiunt omnia, atq[ue] ad quem tendunt: *E[st] tamen quid sit DEUS, aut qualis, dum carnis istius gravissima corruptibile portas onus, non intelligis; nisi per speculum scil. E[st] in anigmate: sic etiam de Angelis, E[st] cateris incorporeis idem liquet.* Cū enim multa, quæ sunt norissima in natura, nostra parva intelligentia defectu intelligere non possumus; supercœlestia & spiritualia omnino aliena à nature cognitione quomodo intelligemus? Ut dicas, inquam, est: sed, ut potes, queso, dicas. At ille: *Circumloquar, inquit, id, quod optas;* E[st] dicam paulo minùs, quod possum: *At hic, qui tecum ea, quæ pridie dixi, sunt experti, si ita est, testificabuntur.* Mēa pridie anima, a corpore tota, ut supra fatus sum, peccatis & doloribus dissoluta, subito in ictu oculi ineffabiliter fuit ante DEI judicantis presentiam deportata. Sed à quisbus, & quomodo, non cognosco. Nec certè mirum. Nam nunc carnis mole aggravor: tunc autem erat anima sine carne. Fuerunt etiam ibidem istorum anime, terroribus inexagitabilibus, quid Iudex ageret, formidantes. Heu! Cur mortales nesciunt, quibus hoc eveniet, quod tunc nobis? Certè si illorum non foret ignorantia, totiens non peccarent. Nullum, quæ toto tempore gessimus, peccatorum Judicem latere potuit: imò cuncta, quæ fecimus, tanquam si forene præsentia, cunctis astantibus clara erant, ita, ut minimum nostrarum cogitacionum, sicut fuerat, apparebat. Considera, quibus & quorū agitabamur terroribus! Hinc damonum multitudinē stabant, mala testificantes, quæ fecimus, locum, modum, & tempora declarantes. Hinc nos ipsi ad ea, quæ obijciebantur, nullatenus contradicere poteramus: tum quia Judicem cuncta scientem, tum quia ipsum quislibet nostrum justissimum cognoscebat. Heu! quid dicam? Quam sententiam præstolabamur, ob ejus memoriam nunc formido. Hinc inde mala undique vindictam Judici acclamabant, nec ullum penè apparebat bonum, quo misericordiam speraremus. Hinc nos dignos supplicio omnes, qui aderant, exclamabant. Cumq[ue], jam nihil deesset; nisi sententiam publicari, quæ peccatoribus dignè datur; ecce gloriosus Hieron. cunctis splendidior astris, B. Joanne Baptista, summoq[ue] Apostolorum principe Petro, nec non Angelorum intelligenti multitudine comitatus, ad præsidentis Judicis thronum veniens, nostram sententiam suspendi modico temporis, nosque sibi dari ob reverentiam & devotionem, quam sibi contuleramus, & proper erroris destruendi necessitatem, ut voluit, impetravit. Deinde nos secunducens, omni illâ beatâ Gallatus sociate, ubi fidelium anima inestimabili gloria perpetuo perfunduntur, quæ ibi gerebantur, ut redderemus testimonium, declaravit. Post bac ad purgatorium & infernum nos deducens, non solum quæ ibi erant, indicavit; sed voluit, ut pœnarum experientiam probaremus. His igitur omnibus sic peractis, horâ, quæ nostra cadavera sacco, quo B. usus fuit Hieronymus, tergit Generabilis Eusebius, idem gloriosus Hieronymus nobis imperavit, ut ad corpora rediremus, mandans, ut de his, quæ vidimus,